



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Conclvsio XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

A C T A

Oratio Christi sic interpretat, Panē nostrū quottidianū &c,
pro Panē nostrū super Substantialē, hic supersubstantialis pa-
nis nihil aliud esse potest quā ipse met̄ deus, sed quottidianus
panis trahi potest in cibū nostrū corporalē, & maxime ab his
qui Ihesu Christi negavit præsentia in sacro sacerdotia sinaxi, qui
hac potissimum auctoritate conuinci possunt, quod hic panis
deus sit & super Substantialis, ut in grecō est epiuſion, ut aut̄ fal-
sam hāc opinionē tueant̄, falsum sibi met̄ textū fabricarunt.

Hic iam adparet quid probū & Christianissimū Anglorū
regem mouerit in his literis, quas ad Saxonā duces scripsit,
in quibus ad calcem ita ait. Literas has ob signatu ro mihi ue-
nit in memorī, Lutherū in suis aduersum me natijs excusa-
re se, quo minus ad reliqua respondeat impediti, transferen-
do Biblio. V isum est igitur hortari uos, ut omniū rerū maxi-
me prouideatis ne id permittatur faciat. Nam ut bonum esse
non negem in quauis lingua legi scripturā sacrā, ita certe peri-
culosum est ex eius uersione legi, cuius mala fides facit oībus
fidē id illi studiū esse, ut bene scripta male uertēdo peruerat,
ut populus ea se legere putet in scriptura sacra, que uir exercita
bilis ab exērandis haustis hereticis. O quam uere prouidit hic
rex sapientissimus, ea quae temporis successu & posuidimus
cum maxima omniū nostrū atq; nostrorū iactura. At merito
hāc omnia patimur, quia non solum Regum, Principū, Pon-
tificū & Cæsarū, sed & dei monitiones contempsimus, nisi
prius tantum innocentū & simpliciū sanguinem ridentem
falsum, & tot nobiles animas perditas.

C O N C L V S I O XXXII.

Famosus est Lutherus, qui cum in deū sacras literas, bonos
mores, in ecclesiā sanctā dei, quater centies fuisset ementitus,
Murnero euincente, & adhuc euincere coram quocunq; iū-
dice uolente, audet tamen nihilominus (quo simplicem & in-
doctam Christi plebeculam a ueritatis uia abducat) se spiritu
sancto fuisse loquitur, fingere & clementiri.

Christus

M V R N E R I.

Christus seruator ita ait Io. an. viij. de diabolo loquens. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non sterit, quia non est ueritas in eo. Quum loquitur mendaciū ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius. Ex quibus scilicet Lutherorum homocidij & mendacijs & euangelicorum furum doctrinā seditione optime perpendendum est, unde prodierit, quodq; nihil ibi egerit spiritus sancti gratia.

Ego Lutheri mendacia in deum, in sacras literas, in bonos mores, in eccl̄ā sanctā dei, quibus uniuersum obcaecauit orbem atq; decepit, quadrinagenta docui, scripsi & probauī, in proprio mendacioꝝ Lutheri libello, quē ad prælentis conclusionis confirmationē hic impono. Necq; tam fuit hactenus ullus suoꝝ cōplicū tam audaculus, q; hæc sua mendacia ausus fuisset defendere, & ad illa respondere. Tam sunt inq; aperta ut a nullo quantūuis perficit frontis homine negari possint.

Item in libello, in quo aduersus eundem mendacē Lutherum in clita regia maiestate Anglicanā a mendacijs suā serenitati falso obiectis, defendi. Centies & quinquagesies Lutherum docui, mendaciter in optimū & Christianū regē inueniū. Semperq; deum testor, & eadē ipsa scripta Regiā dignitatē compreiueracem, contra quē librū meum (sibi de tot mendacijs conscientis) neq; Lutherus hactenus mutire quiddā siue immanū murare auctus est. Ob quā probata mendacia multas miseriū hi euangelici fures contumelias siccario mere intulerunt, & priora mendacia alijs quoq; cumulantes imperium impletuerunt hac famam, q; od inclitā regiam maiestatem Anglicanam in multis aureis nobilibus deceperim. Quod suā serenitatis persona literis regniq; Anglia sigillō, & propriā manu falsum esse & ementitū probare possum. Accepī quidem nō nihil a lai regia manū, & quidem regia dona, qua gratitudo uice hic fatetur me a regia clementia receperisse, sed & ut plus inuidetatis uos Lutherani asini, at qui quis mendacioꝝ aureos nobiles me obtinuisse in me clementiū esse, testabut ē

literæ

A C T A

literæ regiæ serenitatis ad Seniū Argentinensem cōscriptæ.
Testabitur q̄ hoc idon Reuerendissimus dñs Cardinalis re-
gni Angliæ, pater meus dilectissimus. Idem & doctissimus
dñs Thomas Morus, regiæ celsitudinis vir a secretis. Sed quid
hac opus mihi est, p̄e deum immortalem exhortatione iam
orbi cognitū est, hoc sc̄elestissimū hominū genus euangelico
rum furum, nihil nolle nisi in sua guttura & palata ementiri.
Audeat se quis eoꝝ meo conspectu ostentare, hæc menda-
cia defensurus. Scio inq̄, scio hos fidei p̄efugas & apostatas
nihil horꝝ audere cogitare quidem, taceo conari.

C O M C L V S I O XXXIII.

Famosus est Ulrichus Zwingly, qui sua mendaci, reprobā
atq̄ famosa doctrina occasionem p̄estitit, patrocinio & iūt, in
præfatas conclusiones delinquendi, aliena bona furandi, ra-
piendi, sacrilegio afferendi, innocētes opprimendi, tumultu-
tuandi, in seditionem libertatem proclamandi, Heluetiorum
unitatem, fœdera, concordia, multo sanguine partam, scin-
dendi, rumpēdi, a fide Christi apostolandi, Christi uirgines
uiolādi, festamēta rūpendi, deuastādi monasteria, diuinū cul-
tum destituēdi, sacra loca, & religiosa p̄phanādi libellis famo-
sis detrahēdi, iniuriandi, cum balneariis & coquis & cer-
donib⁹ de re Christiana calumniōse disputandis. Hunc enim
& similes uniuersæ leges, & diuinæ & humanae capitaliæ edic-
cio damnant, & ultimō supplicio afficiunt.

Omnia hæc facta in conclusione enumerata, gesta sunt &
perpetrata, gloriaturq; Zwinglius, quod omnipotētū causa
fuerit & occasio, neq; ego ullo iure his male & nequiter ge-
stis alia quam infamiae nomina imponere possum, nec ualeo
neq; debedo, pro ut in conclusione. Si autem Zwinglius suis
famosis & improbis factis, honesta potest tribuere nomina,
& hoc iure quidē ac merito audiamus eum & quidē libenter,
quā diu aut illud non fecerit, pro famoso fure, raptore sacrile-
go, apostata & neq; interim uiro illum habebimus.

Conclusio